

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Gloria eterna c
cum fonte primo

Facilius possumus dicere in illa
uita eterna quid ibi non sit quam quid
ibi sit. Non est ibi mors, non est ibi
luctus, non est ibi lassitudo, non est
infirmetas, non est fames; nulla sitis,
nulli estus, nulla corruptio, nulla
indigencia, nulla mesticia, nulla tristitia.

Augustinus de symbolo libro III.

Facilius tamen possumus dicere in illa
uita aeterna quid ibi non sit, quam quid
ibi sit. Non est ibi mors, non est ibi
luctus, non est ibi lassitudo, non est
infirmetas, non est fames; nulla sitis,
nulli aestus, nulla corruptio, nulla
indigencia, nulla maestitia, nulla tristitia.

Quoduultdeus, *De symbolo*, 2, 12 (CCSL
60, R. Braun ed., p.348, ll.5-9).